



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117832

§.50. Concilium Matisconense secundum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66072)

carcere detinuit; sed Childeberti Regis ^{Sæculum VI.}
 precibus (nam illa Civitas in ipsius Di- ^{A.C. 585.}
 tione posita erat) dedit, ut eum nullam
 poenam subire cogeret.

§. L.

Concilium Matisconense secundum,

Tandem ubi præstituta dies advenit, ^{to. 5. p. 979.}
 nempe vigesima tertia Octob. ^{V. Coimt. 585}
 cilium Matiscone congregatum est. Ad- ^{n. 60.}
 fuere Episcopi quadraginta tres, quorum ^{Thom. disc. 2.}
 primus legitur Priscus Lugdunensis, & ^{p. 1. 1. c. 4.}
 Patriarcha appellatur, quo Titulo illo ^{n. 10.}
 tempore præcipui inter Metropolitans or-
 nabantur; Lugdunum vero inter Civi-
 tates Metropolitanas in Regno Guntrami
 prima habebatur, in qua etiam Rex sæ-
 pe versabatur. Præterea Archiepiscopi
 quinque in hoc Concilio numerabantur,
 scilicet Evantius Viennensis, Pretexta-
 tus Rothomagensis, Bertrandus Burde-
 galensis, Artemius Senonensis, & Sul-
 pitius Bituricensis. Inter Episcopos præ-
 aliis memorandi sunt, Syagrius Augu-
 stodunensis, Orestes Vafatensis, Auna-
 carius Antissiodorensis, Hesy chius Gra-
 tianopolitanus, Theodorus Massiliensis,
 Palladius Santonensis, Pappolus Carnu-
 tensis, Raimundus Parisiensis, & Ma-
 rius Aventinus, seu Lusunensis, cujus
 habemus breve Chronicum ab anno 455.
 ubi Chronicum S. Prosperi finitur, usque

K 5

ad

Sæculum VI. ad annum 581. continuatum. Id potissimum res in Regno Burgundiæ & ad lacum Genevensem gestas complectitur. *Mart. Rom.* Præter Episcopos memoratos in Concilio *19. Octobr.* Matisconensi secundo etiam sedebant S. Veranus Cabalionensis, quem Ecclesia decima nona Octobris colit, Ursicinus Cadurcensis, & Aredius Vapincensis Sagittarii Successor. Episcoporum absentium Legati aderant quindecim, quorum primus fuit Sapaudi Arelatensis. Tandem etiam venerant Episcopi tres Sedi- bus suis privati, nimirum, Fronimius Aginnensis, Promotus Castrodunensis, & Faustianus ad Aquas Tarbellicas.

Greg IX.
hist. c. 24.

Concilium
Matisconen-
se.

Fronimius Leovigildi Regis Visigothorum, in cujus Ditione Civitas Aginnensis erat posita, indignationem incur- rerat; nam ad Regis illius aures non ne- mo detulerat, Episcopum istum, cum Ingundis in Hispaniam proficisceretur Hermenegildo nuptura, Virginem Re- giam fuisse exhortatum, ne unquam ani- mum suum Hæresis labe infici sineret. Itaque Fronimius structas sibi a Leovi- gildo insidias saepe vitavit; tandem vero ab amicis monitus, immissos esse sica- rios, qui ipsum interficerent, Aginno aufugiens ad Regiones Francicæ Ditionis transit. A multis Episcopis excep- tus, & donis recreatus est. In aula deinde Childeberti Regis moratus ipso patro-

patrocinate electus est Episcopus Vapincensis anno nono ex quo Aginum reliquerat, nempe anno 588. Promotus erat ille Episcopus Castrodunensis, in Concilio Parisiensi anno 573. depositus. Maximum sed irritum conatum adhibuit, ut a Guntramo Sedi suæ restitueretur, sed plus non obtinuit, quam ut Bona, quæ in Territorio illius Civitatis possederat, ei redderentur.

Sæculum VI.
A. C. 585.
Sup. n. 25.
Greg. VII.
c. 17.

At Faustianus Gundebaldo favente olim Episcopus ad Aquas Tarbellicas ordinatus in isto Concilio Matisconensi depositus est, addita conditione, ut tres Episcopi, qui eum ordinaverant, Bertrandus, Palladius & Orestes alternis vicibus eundem alerent, (*) eique annis singulis centum aureos solidos darent; in ipsius locum vero suffectus est vir Laicus, nomine Nicetius, qui jam antea, ut ordinaretur, Mandatum a Rege Chilperico impetraverat.

Greg. VIII.
c. 20.

Ursici-

(*) Das Wort *alere* hat unser Uebersetzer gegeben wechselsweis füttern. Einen Bischoff füttern? der Ausdruck klinget seltsam. In Bayern saget man so vom Vieh. Es ist aber kein Wunder, daß ein Protestant ungelassen wird, wenn er immer in der Uebersetzung eines Römisch-Katholischen Geschichtschreibers solche Dinge übersetzen muß, welche erweisen, daß in der wahren Kirche Christi rechtmäßig gewenbete Bischöfe seyn müssen, die doch in seiner Kirche abgeschaffet worden.

Sæculum VI. Ursicinus Episcopus Cadurcensis, olim
A. C. 585. Reginae Ultrogothæ Referendarius, ab
Greg. V. Episcopo Maurillonio, morti proximo,
c. 43. delectus, ut ipsi succederet, ipso etiam
 Auctore & adhuc vivo, Childeberti an-
 no quinto, id est anno 580. ordinatus
 fuerat. Is, quod Gundebaldum, ut pu-
 blice fatebatur, recepisset, excommu-
 nicatus est, eique Pœnitentia ad annos
 tres injuncta, quo tempore nec capillos
 sibi abscindi, nec barbam radi permitte-
 ret, a vino & carnibus abstineret, in-
 super eidem functiones Episcopales in-
 terdictæ, nempe Missam celebrare, Cle-
 ricos ordinare, consecrare Ecclesias, aut
 Sanctum Chrisma, aut Eulogias distri-
 buere; ceterum vero Regimen suæ Ec-
 clesiæ servaret. His non obstantibus Ur-
 sicinus Concilio subscripsit, sicut etiam
 Theodorus Massiliensis, qui Guntrami
 Regis jussu bis ex urbe sua pulsus fuerat.
Greg. VI. Pretextatus Episcopus Rothomagensis,
c. 11. in Concilio præsens, Episcopis prælegit
VIII. c. 12. orationes, a se ad fallendum tempus in
 exilio suo compositas, quæ non omnium
 Patrum approbationem meruere.

Hujus Concilii Matisconensis Patres
 viginti Canones condiderunt. In primo
 præcipitur Diei Dominicæ observatio,
 quæ valde negligebatur. Prohibetur ne-
 quis illa die Actionem in Judicio moveat,
 addita pœna, ut si fecerit, causa cadat.
 Prohi-

Canon. Con-
 cilio Matisco-
 nensis.

Prohibetur, ne quis labores domesticos ita ordinet, ut necessarium sit, Die Dominica boves plastro jungere, & præscribitur pœna, ut Ruricolæ aut mancipia, si hoc præceptum transgrediantur, fustibus castigentur, Clerici aut Monachi sex Mensibus sint excommunicati. Præcipitur ut tempore Paschali Fideles per dies sex ferientur. Nullo alio tempore nisi Paschali Baptismus conferatur; nam mos involuerat, ut multi omnibus ferme Martyrum Festis baptizarentur, ita ut in Festis Paschalibus vix duos tresve invenire esset, qui Baptismum reciperent. Concilium etiam omnibus Fidelibus præcipit, ut in Quadragesima liberos suos ad Ecclesiam deducant certis diebus, quibus manuum impositionem, & Olei Sacri unctionem reciperent; nam examen seu scrutinium tanquam præparatio ad Baptismum æque in infantibus ac in adultis adhibebatur. Præcipitur omnibus Fidelibus tam viris quam fami-
 nis, ut singulis Dominicis Oblationem suam (*) panis & vini ad Altare afferant.

Sæculum VI.
 A. C. 585.

c. 2.
 c. 3.

Supl. XXX
 n. 39. V. coin.
 an. 585. n. 25.
 c. 4. c. 5.

Præci-

(*) Des Fleury Worte sind: il est ordonné à tous les Fideles, tant hommes que femmes, de faire tous les Dimanches leur offrande de pain & de vin à l'Autel. Der deutsche Uebersetzer hat solche gegeben auf seiner 392. Seite: daß sie alle Sonntage Brod und Wein als ein Opfer
 zum

Sæculum VI. Præcipitur, ut Decimæ Ecclesiæ Mini-
A.C. 585. stris secundum Legem Dei & consuetu-
 dinem Christianorum, quæ supra homi-
 num memoriam est, sub pœna excom-
 municationis solvantur. Hic adverte,
 nullam legem pœnalem de Decimis illa
 antiquiorem reperiri.

- In Gregorio Turonensi multa exem-
 pla leguntur, Episcopos aut Presbyteros
 ex suis Ecclesiis raptatos, vinculis one-
 ratos, verberibus & variis contumeliis
 c. 8. affectos fuisse; nempe necdum satis Bar-
 barorum mores mansuetudo Christiana
 emendaverat. Huic malo ut mederetur
 c. 9. Concilium, prohibet, ne Asyla violen-
 tur, & ne Judices Sæculares Episcopum
 ex claustris Ecclesiæ suæ injectis mani-
 bus abstrahant; sed si quis Episcopo li-
 tem movere voluerit, adeat Metropoli-
 tam, qui Causam solus, vel cum uno
 alterove Episcopo, vel si res poposcerit,
 in Synodo Provinciali judicet. Pari mo-
 do Presbyteri & Clerici ab Episcopo suo
 c. 10. judicentur. Antequam contra viduas
 vel

zum Altar bringen sollten. Diese Uebersetzung
 ist zweydeutig, und ist das Fürwort *Leur* ausge-
 lassen. Solche schieket sich besser auf das Abend-
 mahl der Herrn Protestanten, in welcher Hand-
 lung das Brod, so etwan die Leute brächten, und
 dasjenige, welches der Predicant eingesegnet, ei-
 nerley Ding ist, als auf das, was hier Fleury
 aus dieser Kirchenversammlung angemerket hat.

vel pupillos Actio moveatur, Judices ^{Sæculum VI.}
 id Episcopo, vel ipso absente, Archidia- ^{A.C. 585.}
 cono vel Presbytero indicent, ut rei il-
 lorum familiari provideant. Episcopi
 omnes Fideles ad officia hospitalitatis
 exercenda hortentur, atque ut ipsi cœ-
 teris exemplum lenitatis dent, canes in
 ædibus suis non habeant, qui pauperes
 ab accessu arcere solent. Item Episcopi
 aves rapaces non alant. Laici omnibus
 Clericis in majoribus ordinibus honorem
 exhibeant. Quando sibi in via occurrunt,
 si uterque equitet, laicus caput detegat,
 si Clericus pedes incedat, laicus ex equo
 descendat, & Clericum salutet.

Viduis etiam minorum Clericorum
 prohibetur, ne ad secundas nuptias trans-
 eant. Rursus Clericis, ne Judicio inter-
 sint, dum Sententia mortis pronuncia-
 tur, aut dum condemnatus percutitur.

Hujus Concilii Canones confirmavit
 Rex Guntramus edito Decreto, in quo
 præcipitur, ut Fideles Festa & Domini-
 cas celebrent, iisque diebus ab omni la-
 bore manuum abstineant. Solummodo
 cibos parare licet. Generatim deinde
 Episcopis & Judicibus Sæcularibus injun-
 gitur, ut illos, qui Decretum istud trans-
 gressi fuerint, puniant. Hoc Decretum
 decima Nov. Guntrami anno vigesimo
 quarto seu anno 585. datum. Ipse Rex
 Asylorum jura in hoc Concilio confirma-
 ta reli-

c. 12.

c. 11.

c. 13.

c. 14.

c. 15.

c. 16. 18.

Sæculum VI.
A. C. 585.

ta religiose observabat, quod elapso exin
de biennio hac nata occasione patuit
Dum Guntramus Cabilloni Festum S.
Marcelli celebrans ad Altare procedit
communicaturus; ecce vir omnibus igno-
tus Regis lateri se admovet, tanquam
alloquium petens, sed ei dum adstan-
tium ulnis pulsatur, sica e manu excidit.
Statim proximi in turbatum manus inji-
ciunt, & altera sica armatum deprehen-
dunt. Ex Ecclesia deinde abreptus in tor-
mentis confessus est, missum se fuisse, ut
Regem confoderet, & credidisse, per-
petrando facinori aptiorem Ecclesia lo-
cum non esse, quod ubique extra eam
corporis Custodes Regem circumdarent.
Inde colligimus, a Regibus in Ecclesia
morantibus satellites abfuisse. Conju-
rationis conscii pœnam morte dederunt,
at Sicario Rex, quia in Ecclesia compre-
hensus fuerat, vitæ gratiam fecit.

§. LI.

Synodus Antissiodorensis.

Aunacarius Episcopus Antissiodorensis
congregata Synodo Diœcesana edi-
dit Canones, Decretis Concilii Matisco-
nensis, cui interfuit, consentaneos; un-
de credendum, ipsum voluisse in eo Con-
cilio salubriter statuta executioni dare.
Universim leguntur Canones quadragin-
ta quin-